



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxxvii. Ad pedis dolorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

& spumam emittentibus; cum caput ipsius dolore affligitur, scito eum laborare puita manante ex capitinis dolore. Hunc ita curabis. Piperis vnciam, laferis, cocci, singulorum tres scrupulos, pediculariae grana vndecim, tundito, cribro incernito, pinna naribus inspirato, hisque palatum eiusdem inficato: acetum acerrimum naribus infundito, viginti diebus solutus in tegeticula clausus cibum ex tabula capiat.

Ad pedis dolorem.

CVM videbis accipitrem se, & suas alas stringentem, & tanquam in nido iacentem, scito eum pedum dolore torque ri. hoc remedio sanabis. Vini boni tres sextarios, & tantumdem aquae mista usque calefacito dum manus tua ferre potest, hisque illum foueto & lauato; deinde emplastrum facito, quod continet, myrrhae scrupulum, arsenici sextantem, mastichae vnciam, olei rosacei ligulas duas; simul misceto, emplastrum facito, idque corio illitum super pedem imponito, post tres dies resoluito, carnemq. calidam ipsi dato. Nonnulli axungiam bubulam in ahenum abdi tam incalfaciunt, eiusque pedes in-

ungunt. Alii vino pedes eluunt, atque in lata pertica collocant, ne digitii pedis lædantur. Quidam acetum tepidum pedibus inspergunt.

Aduersus pediculos.

Si pediculos habet accipiter, sandaracham tritam in aquam frigidam addito, qua ipsum lauabis, & ad solem expones, & pediculos excuties. Alij oleum rosa- ceum, & cor bubulum, axungiam, oleum: alij teaphin tritam in aquam coniiciunt, & ita illum lauant. Sunt qui lupinis in aqua maceratis accipitrem lauant, spon- dylio combusto ipsum fumigant, & con- festim pediculi decidunt. Quidam oleo laurino caput accipitris oblinunt. Aliqui sandaracham, butyrum ex carne dant ac- cipitri.

Ad luxatum.

Si in venando accipiter luxatus sit, ita ipsum restitues. Vlmi radicis scrupulos quinque, in ahenum addito, vsque ad tertias decoquito, eius decocto affectum locum foueto, emplastrum facito, quod recipit mastichæ, thuris masculi, floris peri- plocadis, folii, singulorum vnciam, fæcis vini optimi treis ligulas, rutæ cochlearia bina,